

Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum
Districte pendent. Sedet, aternumque se-
debit
Infelix.

DIDASCALIA V.

Fatui Praesidis quanta fatui-
tas!

Inter cruciamina rationis nullum
dirius, quam Praelatus stolidus:
equidem arbitratur se habere
ad dignitatem congruentes dotes; non
alio, nisi quia possidet infulas, crotala di-
gnitatis: simia culta, verum simia, vacuo
cerebro; quoniam absorptum à cultu; sese
plaudens, sese ridens, cuncta fusque de-
que faciens, modò sonet asininis auribus
reverentiae crepitaulum, modò crepet in-
sulsis temporibus ephippiorum dulce si-
strum. Gaudet duntaxat muneris stridulo
sono, ceterum

Tormentum
aeris, Prae-
latus stoli-
dus.

Mantuan.

Rudit voce barbarà sistro.
Per insignia sanè, quod non erat, grex
pavidus cogitaret, ni insigniter vel insi-
gnibus ruderet: sed voce, dum rugire co-
nabatur, comprehensus; phaleratus inven-
tus, verum asinus: sibi profectò & multis
factus prodigium, eò quòd ruderet, ne-
sciens vocum rudimentum.

Sedul.

Linguaeque rudenti
Edidit humanas animal pecuale loquelas.
Ut foccinuit Sedulius lib. 1. Carm. vers.
162. Fabulam tangit Festus Avianus, quip-
pe in stultis dignitatis insignia semper fa-
bula. Sic enim fabul. 5.

Asinus exu-
vis leonis.

Exuvias Asinus Gatuli fortè Leonis
Reperit, & spolijs indait ora novis.
Aptavitque suis incongrua tegmina mem-
bris,

Fest. Avian.

Et miserum tanto pressit honore caput.
Rusticus hunc magna postquam deprehendit
ab aure,
Incepit bis miserum vocibus ille pecus.
Forstian ignotis mutato munere fallis:

At mihi, ceu quondam, semper asellus
eris.

Non aliter stolidi in munere digni-
tatis; igitur per insignia videntur habere
dotes: & ridentur, dum insulant; quippe
dotes non videntur. Constituet te Dominus
in caput, & non in caudam. Id est, Ascen-
des, & eris sublimior. Quis igitur non su-
blimior, qui dignitate superior? Qui su-

Deur. 28. 13
43.

perior dignitate. Superiorem minimè con-
stitunt honoris infulae, quoniam sine do-
tibus privantur honore. Unde Hieronym.
ad Pamphab. ex Ciceroe inquit: Casar-
cium quosdam ornare voluit, non illos ho-
nestavit, sed ornamenta ipsa deturpavit:
diciturque dignus ascendendo sublimior;
quoniam stolidus etiam ascendendo infe-
rior: siquidem cauda elevatur, dum in ca-
put constituitur. Cauda est insigne bruto-
rum, cuius negatio specimen rationalium:
& in caudam stupidus, dum in caput ele-
vatur, constituitur ut plene à subditis cog-
noscat: intolerabile, moderari iustitia-
m, atque stupiditatis latere notame: equi-
dem ita inest stolidis stupor, ita stipitibus
torpor; ut in amement dignitate vecord-
iam, nihil desideretur praeter caudam.
Incedit bipes, qui debet quadrupes, igno-
minia subditorum & muneris; & pro utri-
usque felicitate stolidum cauda notat; ne
plenis claudibus in regimine fideat: igitur
in legum executionem & normam, tan-
quam Asinus ad Lyram.

Non in di-
gnitate su-
perior: qui
dignitate.

Hieronym.

Indotatus
stolidus.

Erasim.

Plutarch.

Stulti nota,
merita com-
putare per
insignia.

De Demarato Spartiata, munera ac
insignia singularia petere iusso, refert Plu-
tarch. in Themistoc. petijisse, ut sibi fas es-
set, tiarà sublata in capite, regio more
procedere. Mitropauses regis patris
apprehensà Demarati manu (inquit) Hae-
tiara haud cerebrum, quod velatura sit,
habet: nec tu Iupiter propterea fores, etiam
si fulmen acciperes. Esse aliquid sibi fore vi-
debat per insignia; & apparuit in peti-
tione vecordia: igitur tantum stolidi non
habentis in capite cerebrum, sese arbitra-
ri regem, quia habebat signum. Tiara in-
signe regis, ornamentum capitis, indicat
dotes coronatas principis, qui magis in-
cumbit in subditorum regimen, quam in
cultum exteriorum: fatuusque habetur à
cunctis, sine capite ambito ornamento ca-
pitis; quippe stulta cogitatio, atque mo-
tionis phantasia, pro dignitate dignitatis
insignia. Aliquid sibi autumant, ut fomi-
tem vanitatis, in splendore tiaræ, speciem
honoris praeseferentis. Mitra duntaxat mu-
neris index, splendori tiaræ deservienti do-
tes: indicatque indotati, insulis culti, lu-
dicram fatuitatem; splendorem ambire per
splendoris speciem. Unde cum inquirat
curiositas, merita quoniam in infulas, sul-
gente in specie honoris; dotibus caesis,
honoris nec invenitur species. Sibi sic in-
fatuati blandiuntur, & magis ac magis or-
namentis infatuantur; quippe crepundijs
sonantibus se clamant Iovem, quoniam au-
raturum ostendunt habere fulmen. Non alia

aliam cogitant Iovis excellentiam, nisi
fulminantis formam, qua hominibus sileus
iudicat, quantum in munere valeat: arri-
piturque à fatuo sceptri forma pro excel-
lentia, & dispalescit hultissima arrogantia:
equidem si in dignitatis scepro decidit au-
rum, quod in folio fulgebat, apparet
lignum.

Baruch. 6.
3. 14.

In gra-
men subdi-
torum.

In-
gulatur
eatis, ubi
nationis af-
fectio.

Plin.

Conditio ser-
pentium ra-
ra.

Videbitis in Babylonia (Hebrais il-
luc ducendis praedixit Ieremias) Deos au-
reos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in
humeris portari, ostentantes motum geni-
bus: vobis notum sit, quia non sunt Dij.
En fatui praesidis forma, & simul subdito-
rum stultitia. Portant, qui portare debent,
equidem verum Numen portat orbem: &
dum portatur, nec homo, qui Deus vide-
tur, sed hominis simulachrum; quoniam
solum extollitur humeris in gravamen sub-
ditorum. Dij à se facti erant, quos insi-
pientes portabant; cum rejicerent veri Nu-
minis maiestatem, ostendentes in Numina
propria stolidam affectionem: igitur quæ
despiciebat ratio, prompta ludibrio; Na-
mina Babylonia à Babylonijs, quantumvis
lapides, non solum adorabantur, sed por-
tabantur in humeris. Semper rationis iu-
gulatio, soli in stultis affectio. Magnus
plausus stipitis, Nostras est: quis igitur ni-
si abderiticus, quia elevatum, adoraret
ut numen, quem cognoscit rudem lapi-
dem? Affectiones mentis aciem proprijs
ludibrijs obnubilant; igitur caeci adorant,
quod alij calcant. Quaedam animalia indi-
genis innoxia (ait Plinius lib. 8. cap. 59. &
Grannyulle, 18. de Propriet. rer. cap. 9.)
advenas interimunt, sicut serpentes in Ti-
rynthe, & in Syria angues etiam si calcati
mormorare, non sentiuntur maleficia, alijs
cuiuscunque gentis infesti, avidè & cum
cruciatu exanimantes. Quam ob rem & Sy-
ri non necant eos. Serpentes calcandi, ex-
pellendi, de medio tollendi, uti venena:
at, etsi venena, sunt indigenis innoxia: illi-
que reverenter colunt, quod praedit men-
te fugiunt; quippe ita furenter debacchan-
tur pro indigenis, prognatis eiusdem pil-
lulæ caspitis; ut in humeris Numina qua-
si portentur, quantumvis virulentum ut ser-
pentes cognoscantur. Maleficia alienis
sunt: pro amuleto opponitur, Nostras est,
etiam viscera putrida in vitam & dotes
(si advenatum) praclaras, duntaxat concipi-
unt iras. Quid enim prodigium multcis,
si non ex nostris? Plura videbimus Di-
dasc. seq. Indulgetur, etò pateat furor,
quippe prauus affectus bonorum osor.
Malorum, sit: at bonorum? Mala affe-

ctio: putescat. Ita osor? Idò.

Pende sequentia. Deos aureos, &
argenteos, & ligneos. Id est, imaginem
Numinis ex ligno, ac in crustam vel ar-
gento, vel auro. Hocce obijcitur ratio-
nalibus ut turpe: equidem ingenuis ab-
ominabile, adorare ut superius Numen, ru-
sticum lignum, elatum ad dignitatem pro-
pter aurum & argentum. Mutò in fensi
Caesar & Sylla: hic clarigionibus, astuque
potitus urbis praerura, comminatus est
Caesari, se sua in illum, si averfaretur, usu-
rum potestate. Iurè (respondit subridens
Caesar, apud Erasimum in Apophthegm.
lib. 4. in Caesar. num. 34.) tuam potesta-
tem appellas, quam tuo aere mercatus es.
Subtiliter perfrinxit, & apposite: quon-
doquidem sine aere, & calurus potestate;
quippe nullum muus indotato sine mune-
re, cui potestas empta tradita, tantum
ab eris potentia. In quorum manibus ini-
quitates sunt: dextera eorum repleta est
muneribus: inquit Psalmodigraphus. Non
in casum coniunctio iniquitatum & mu-
nerum: igitur ni plene manus iniquitati-
bus, minimè exhiberentur plene muneribus;
hisque acquirunt dignitatum potenta,
ut muneribus emanat alciora munera:
iurè igitur suum vocabat, quod prius
emerat. Possidet arca Iovem, & numatus
habet Numen: à cuius adoratione areet
sacer Vates Hebraos, ostendens Deos
aureos & ligneos; ne allocuerunt specie,
dum portari videntur in maiestate: equi-
dem etiam ipsi, qui portantur in humeris
essent, uti ligna, ludibrio; sine argento
& sine auro.

Dignitas
abominabi-
lis & empta
pecunijs.

Erasim.

Psal. 25. 10.

Et muus
munere &
xenijs.

In Vestalijs, uti dicam in Epheme-
rid. 9. Iunii, mos Romanis, asinos in pom-
pam ornare coronis, veneratione provo-
cante risum; quippe illa Fera Asinorum.
Unde Ovidius 6. Fast. vers. 63.

Ecce coronatis panis dependet assellis.

Misera fors, si pro cibo, panis dependet
ab asino. Parè tributè, quod non comedit:
quandoquidem negat frumentum, qui
dat iumentis escam ipsorum. Quid signet,
creperum, huius cogitatio fabellæ, etsi
multi fabula plena ioci. Alfonso 1. Nea-
pol. ut refert Petr. Gregor. de Republ.
lib. 10. cap. 6. num. 16. Praesidem stoli-
dum vocabat Asinum insulatum & coro-
natum. Haud alio intuitu sedentem asi-
num in folio & insignitum scepro depin-
git Bocchius Symbol. 90. cum epigraphæ
A quo narrante Ammian. Marcellin. lib. 27.

Qua fera
asinorum?

Orid.

Petr. Greg.

Achil. Bocc

Qui asinus
insulatus?

Pisio in Hetruria Asinum ipso meridie,
perspicuo æthere, tribunal elatum ascen-
disse,
Yy 2

diffe, ac sellam summo magistratui deputatam, auctoramine occupasse. In hocne portento ita lusit Solorz. Emblem. 52. Iudice pro stulto Pistioie sedit Afellus.

Solorzan.

Dicere vel nullus, ius, vel uterque potest.

Haudquaquam risum, sed stetum debet movere, dum videntur siccinæ animalia in iustitia tribunali: equidem pudet habere regiminis sceptrum, qui nati tantum ad pacem. Sedes iudicij ferenda potentibus formare iudicium; a quo longè natura & conditione iumentum. Quid huic lex, vel quid huic ius? Non aliter stultus iudex, vel stolidus Præses, assumptus in Reipublicæ damnum, qui electus in diremptionem litium: quandoquidem triste civibus, iudicium querere in iure disertum, & invenire asinum insulatum. Ius uterque nequit dicere: & uterque destinatur sedi; ut clareant ex soliditate quanta mala, dum asini assumuntur in fastigia: equidem idem habere supradictum iudicem, ac asinum insipientem. Hos quod portet subditorum humerus, Vates designat ut dedecus; equidem honor subditorum onus: exponitque portatum humeris simulachrum; in signum adorantium insipientium: equidem prudentes ferre non valent, quod portent anxie natos ut onera portent. Ita assumptio a ratione aliena, ut adorationis ingerenda turpis causa. In libertatem lubricitatis osor legis embolium machinatur electionis: asinumque in sedem assumit, ut faciat quicquid liberit: igitur nullo modo leges intemeratæ possunt corrumpi, præterquam asino præside.

Cur sepe in tribunal affumitur?

Apoc. 4. 11.

7 Venit mihi in mentem visionis excellentissimæ Ioannis, pro arcendis à dignitatibus huiusmodi stolidis. Ecce ostium (sic) apertum in celo & vox prima quam audivi: Ascende huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc. Aperitur ostium, & signatur quid post hæcine faciendum? Quid ergo vidit, ut quæ facienda notet? Vidit vigintiquatuor seniores sedentes: vidit in throno quatuor animalia, sed non sedebant in thronis: In medio sedis & (pro id est) in circuitu sedis quatuor animalia. Si senioribus destinantur sedilium loca, cur non sedent animalia? Quia ubi regit à sede iudex iustus, nullus datur animalibus locus. Sedere animalia monstrum est: in senibus sedem habent lex & ius. In throno cuncta & undecunquè consona: & expelluntur in throno à sedibus animalia; quippequam dedecus esset honoris, & propudium tribunalis, quod sederent adinstar

Verf. 6. Et pro id est.

animalium insipientes ubi sedebant seniores. In throno erant, sed stabant. In throno animalia? Peregrinum. Si essent in terris, non novum. Animalia singula habebant alas senas. Ecce ascensus causa, vel in animalium forma: quandoquidem nulla illis daretur auctoritas, nisi haberent alas. Audacia in his innotescit, dum per favorem ambitionem nutrit: igitur duntaxat confidentià alarum, audent sicones pervolare in thronum. Erant sanè in throno, sed nulli sessio; qua exprimitur in tribunali iudicium, & inhibitiò à suffragijs animalium: siquidem cum locus haud conferat scientiam & habitudinem, sine quibus etiam thronus non habet auctoritatem; suffragari, aut refragari esset stulta præsumptio; duntaxat, quia sicut senes erant animalia in throno.

Verf. 8.

Unde illius iuncta arrogantia?

8 Occurrit obiter, prius quam exponamus priorem difficultatem, quid doctum ex cruciat præsidem. Agnus aperuit librum, quem Agnum viderat Ioannes in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum. Est ibi essent animalia, etiam in throno seniores erant, & plures quam animalia; cum quibus poterat conferre consilia: quatuor profectò erant supra viginti, & animalia quatuor. Subsidia sunt laboris regiminis, habere in deliberationem sedentes seniores: etenim cordis fractio, ac summa afflictio, esse sine senioribus in medio throni, atque quatuor animalium, qui scit aperire librum. Modò stylus recurrit in primò visa. Aperta est, ut videatur huiusmodi thronus, in celo porta; Ioanneque ascendit, uti iusserat vox, ut videret, quæ oportet fieri post hæc. Post hæc quæ? Et cur non pridem? Factum tenet. Postquam ibi aperta porta, cum senioribus sedentibus in throno visa animalia: quæ quidem haudquaquam ingrederentur ad thronum, sit ostium repagulis clausum: ostendunturque Ioanni, quæ post hæc oportet fieri; ut cautioni sit studium, ne animalia denudè perveniant ad thronum; igitur efficax remedium illicò ponitur, dum ostium penitus animalibus clauditur. Intercludatur aditus, nec ullus detur introitus: equidem totius intelligentiæ amaritudo, animal fulgens in throno.

Plutarch. Superior imago Dei.

Cap. 5. 6.

Miseria superioris inferioris stultus.

Stulto ad manus non detur adiutus.

Asini coronati.

9 Alij coronationis Asinorum ritum ludicrum tribuunt præsumptioni hominum insipientium, sumptà metaphora stoliditatis ab asino Ifidis. Tabulam refert Grabia Simulachrum afellus baiulans Ifidis, Cum

Cum

Grabia.

Cum id transeuntes flexo adorarent genu, Sui hoc honoris gratia fieri ratus; Iamque insolenti elatus arrogantia, Notebat ambulare; donec aspero Prohè dolato suste clunes, audijit: O stulte! Non es tu Deus, sed fers Deum. Dignitas Deum representat, quæ quidem veneranda, fuerit ubicunque obvia. Unde illud Artabani Perse apud Plutarch. quo supra num. 3. Honesissimum observare regem, simulachrumque Dei: omnia servantis, adorare. Hocine discrimen inter dignam, & benemeritum: hic & etiam dignitas colitur: in illo dignitas adoratur: asinoque coronato proprie confertur; quoniam portans venerabilem imaginem, uti asinus sibi præstari credit honorem. Fastu graditur, rudens loquitur, baiulus muneris, timidus scæbie honoris; percutus insolentia, atque inflatus arrogantia; quippe ornatur in ministerium, sine quo nullum haberet ornatum: turbaque imaginem adorans, asinum tumidum ridet; quippe tantum asinus præsumptione adorationis stupidus intumesceret. Virgà in rectum gressum urget agaso, ut tollatur amentia gressum ellebore: siquidem insolentia asini arrogantia duntaxat tollitur virgà. Phaleris ministerij cauda latet, nec videntur auriculae: nudandus insulsi, ut constet perficuus entitas conditionis, sumpto fomite insolentia ex dignitatis onere: igitur dum tollitur onus, apparet cunctis qui latebat asinus.

Plutarch. Superior imago Dei.

Stulti præsumptio, quia in illo Dei imago.

Text. Mare dulcis factum.

Luc. 11. 46.

Homer. Plal. 34. 26. & 70. 13.

10 Memini legisse lib. 7. Officin. Textor. cap. 53. pulso Dionysio iuniore à principatu, in prodigium accidisse, quòd uno die in portu dulcesceret totum mare. Vel natura insensibilis sentit bellæ tyrannidis onus: quid non faceret rationale petus? In huius signum dulcorata tanta molles aquarum: etenim mare lachrymarum factum in pectore mare dulcedinis, ex gaudio depositionis. Hi enim onerantur honoribus. De hominibus dicitur: Oneratis oneribus: siquidem honor asini, quod tantum oneri; quippequam reverentiam uti honorem admittit, quam homo sensatus onus grave tanquam excutit. Honore digni & reverentia: invenio apud Homerum, Odysf. 8. vers. 490. Aliter apud Davidem: Confusione & reverentia. Alibi: Confusione & pudore. Aprè cuncta, si præest bestia: igitur de reverentia solummodò cogitatio, quæ culti sanè confusio: cum tanta insit stoliditas, ut reverentiam cogitet per ludicras reverentias. Quasi sibi, & non imagini cultum suspicit, &

fuscipit; & tunc obessum cerebrum patet reverentia unde & confusio necitur, dum sic Præses infatuatur; quippe intendit avide in adorationem, quin confusio operiar faciem. Pudor pro reverentia sufficitur, quoniam ab adorante etiam profusè rideatur. Risus pudorem elicit, reverentia ignominiam excludit: & qui insulsi stolidus uti afellus, haud erubescit confusione risus; quippequam sine pudore nil cogitat de ignominia, sed tantum de reverentia. Ius erat frontem rubere, ubi reverentia visa sine maiestate. Qui digni honore, digni reverentia: non indigni, quia contumeliosa: confusioque coniungitur propudiosa reverentia; quia reverentiam suscipit sine pudore. Dum se nudum intuetur, languens animum despondet: si modò phaleratus, intumescit: unde sine confusione ac verecundia ex reverentia exhibitâ cognoscitur insolentia; quippe ullius nec vestigium pudoris, dum cogitat fieri sibi, quod sit causâ dignitatis.

Conditio superioris stolidi.

11 His tractibus summè fulgebit subditus, additus legibus. Qui honore digni, digni reverentia: at virtus procedit ultra: igitur pro perfectionis specioso cacumine, exhibet reverentiam etiam indignis honore. Saul persequitur Davidem, quippe gestis miris conciliaverat laudem. Hic illum, ut ab errore deducat, pronus in terram adorat. 1. Reg. 24. 9. In tutiora loca fugit; equidem perfidi, quò magis dignati suspectioris fidei: dicitque Deo: Tuis meis improprium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam. Improprium iudicat, etsi immerito, mundus; quòd impunis decedat usque ad animam infestus. Propter te sustinui opprobrium: & passus sum improprium; igitur suspensa vulnera, sub icu etiam hoste iacente & sub hasta: ac insuper reverentia exhibui cultum, cum possem mittere gladium. Confusionem & reverentiam meam. Superioris veneratio num confusio? Titubat animus, dum in præside cogitatur imago Deitatis, atque in eius corde tota molimina demoniis. Vacillat considerans à Deo electum, & simul irâ furiosum, qua Deus projicit, quem pridem elegit: & cum Dei adoranda sit imago, & in furiosum fit reverentia confusio; in ampliorem virtutem reverentiam ostendit & confusionem: equidem in huiusmodi confusione profectò magnum; superiorem adorare furiosum, atque à demone possessum. Confusio est ingenue conditioni, nobili ingenio, cedere celsionis indigno, etsi gaudeat honore; quippe

In subditio magnis, reverentiam superioris stolidum.

Plal. 68. 20.

Et à demone possessus.

reverentia favere videtur amentia, cum implere debeat faciem abderitici ignominia, ut exulet insipientia: verum cum praevaleret subditi virtus, si in maiestatem honoris tantum torqueatur respectus, ut virtutem in animum reluctantem offenderet, etiam indigno furenti venerationem exhibuit.

12. Alter. Gloria calcare habet, dum ut exciretur in altiora conatus, dignatur honore virtus: habet opprobrium, si estimatur ut demeritum: patientique superiorem persequente virtutem necit reverentiam atque propriam confusionem; quippe confusio virtutis, & languor meritis, accipere a Superiore iniuriam, per qua summam merebatur reverentiam. Accidit Davidi, quod in Olympijs Lacedaemoni Pausania. Exhibilarunt Athenienses victorem pronunciatam voce praconis, ut refert Plutarch.

Et membra per sequentem.

Plutarch.

Psal. 38.9. Praelatus stultus ridetur, ridendus.

Aridet irriso subditi verum in be nemeritum.

tere poterat, quod summè placebat; quin cogitaret, quid de fanatico arreptio dicitur, qui ita ut solum complacere, illores benemeritici opprobriumque insipienti iure praefidi dicit, ubi David tot a subditis dedecora audit; quoniam nemo auderet etiam summè inverecundus, ni gauderet, & annueret stultissimus Praelatus. Expressit audacia servi Summi Pontificis, faciem coram illo N. percipientis Salvatoris. Nil mali Christus dixit, vel fecit; sed Praefidi servus alapa inficta complacuit, equidem si adultanti videtur Superioris placitum, reverebitur haud quamquam Iesum Christum. Habuit ille excrecandus ius datum sceleri, in omne facinus emancipato vaferrimo Superiore: unde cum haberet gratiam, quo contraxit ignominiam; minime inverecundum piguit, cuius impudentior erubesceret: igitur cogitans sibi gratulari Praefidem, Dei-hominis etiam coram ausu dehonefata faciem. Vernacule: Sabiendo que es lisonja, a Christo daran una bofetada, y entrando el menor respeto de complacer al Prelado, perderan el respeto a Jesu-Christo.

Ioan. 18. 28

13. Hinc SS. Legislator N. Benedictus cap. 27. Regul. Sancti. totus incubit in Praefidis discretionem. Noverit enim (ait) se infirmarum curam suscepisse antmarum, non super sanas tyrannidem: quandoquidem haud mentis integritas, sed cordis pravitas; dare veniam corvis, atque vexare columbas. Infirmæ animæ sunt, in quorum animis, cum proprijs sedent vulnera legis. Profecto nunquam lex frangitur, quin anima vulneretur: & languentes animas iubet Abbatem attendere, expulsâ a fanis tyrannide; equidem sava tyrannis, animas sanas considerare languentes. Medicina, ubi non morbus, est vulnus: notaturque Praefidis imprudentia, exhibitio medicamine, quò non vulnera; eò quod lethalter morbidæ non curantur, ut valentes vulnerentur. Morbus non pendet a cogitatione Praefidis, sed a constitutione valitudinis: igitur nulla animi molestia fingere vulnera: unde cum vita iuxta constitutionem, iubet Benedictus Abbatem eliminare tyrannidem; quoniam si displicent integre, & placent morbidæ, nunquam in miseris non subsistent, quippe placent. Clarius. Semper fugiant Praefidis medicinam, qui correpti, vel corrupti agnoscent moribus plagam; indicante corruptelâ interna & externa vulnera: incumbitque Legislator, ne exerceat Abbas super sanos tyrannidem; eò quod sancti tunc

S. Benedicti

Medicina ubi non morbus est vulnus.

fo.

fovebunt corruptionem: tunc quia placebit morbus, si displicet salus; cum quia cum illo persequitur innocentem, modo Praefes erga illos non exerceat potestatem. Nihil omittent, quominus mulceatur morbus, esto pergant in deterius. Si boni Praefidi tadio, sagittabant pro mulcimine in obscuro rectos corde: simulque tyrannidis facietate gaudebit; si modo indulserit, quicquid cuique liberit. Unde ergo huiusmodi relaxatio? Ex immedicato, vel potius immedicabili morbo: placet languor, renuitur, qui timetur medicaminis dolor: & ut securè languent, validis medicantur de quo dolent: equidem cum integritas, candorque morum, tam pastori quam pestiferis ovibus alar fastidium; communis causa utrosque furenter impellit in praecipitia: quippequam ulceribus pleni, perfricta fronte, si praetermittat languorem, auctoritate Praefidis proterrent auctoritatem. Ponent in caelum os suum, & lingua eorum transibit in terra, ut fictis vulneribus delitescant propria vulnera. Dicit Claudian. de 4. Consul. Honor. vers. 305. Inquianat egregios adiuncta superbia mores. Hæc stultorum scabies, & pruritus, vorantes porrigine porcos. Alopecia praevalet, cum caput immensa pexum porrigine nungit.

Cur stolidus Praelatus persequitur benemeritos, & querit sceler.

Claud.

Seren.

Claudian.

Zachar. 11. 15. vers. 17.

Baruch. 6. 13.

Erasm.

Componitur malignitas cordium Superioris ad exemplum.

—Nec sic infestere sensus Humanos edicta valent, quam vita regentis: Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

14. Sume tibi vasa pastoris stulti: dicit Dominus Zachariae. Vasa, id est, insignia: iurèque vocat insipientem, quippe per insignia tantum sese arbitrat pastorem. Hinc subditur: O pastor & idolum! Idolum pastoris non est pastor: unde mentis pastoris lapsus & error; quoniam insignium stultissimâ inflatione, debacchatur stupidus atque bardus sine mente: igitur insulis phaleratus, non pastor, sed fictum, aut pictum lignum idolum; quia non pastor pastoris ex cultu ridiculum simulachrum. Praedixerat ubi supra Ieremias: Sceptrum autem habet ut homo. En infatuatio. Homo videtur, ubi non videtur homo; quasi non esset intrinsecè & extrinsecè lignum, quia habebat in manu sceptrum. Diogenes Cynicus, ut in eius Apoptegm. n. 5. refert Erasmus, dum huiusmodi figuram videbat ferri cum pompa, appellat Magna stultorum miracula: iurè, in homine,

hominis tantum specie: igitur risus prudentium, quod stupor adorantium. Cur autem insignibus vocetur stultus, variè profertur ab Expositioribus. Alapid. Quia gestat pedum & baculum, quem in oves iacit, ut earum crura confringat. Stultus utique pastor, si pastor stultus: equidem duntaxat se insignibus ornat, ut baculo indigno rectorum crura confringat. Lyra: Stulti insignia baculus & pera. Suspiciosa assumptio in pastorem, & signum indignitatis in dignitatem: igitur baculum stupidus non susciperet, si peram ad insulas non haberet. Sanctus num. 63. Aut blandimento fallaci oves ad mortem trahunt, aut lacerant vi, & fame attenuant: ut Iason qui pecunijs non tam obtinuit, quam emit summum sacerdotium, id est, pastoris munus. Ita num. 70. & 2. Mach. 4. vers. 25. Acceptisque a Rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio; animos vero crudelis tyranni, & fera bellua iram gerens. Irruit potestate adversus eum a quo acceperat posse: parvi pendens quòd ingratus, modo obtineret, quod cupiebat ambitiosus: igitur pluris ducebat ob conservationem muneris, edicta infesta imperantis, quam gladium iustitiae vindicis, sub quo corruit; quippequam proditio etiam dum hostibus placet, proditor displicet. Infelix prorsum Isteima Israëlitis sub haccine abominanda larva pastoris, introductis secularibus in templi arcana, profanitate introductâ, grege perente fame, propter insignia patoris stulti: equidem mala & ab hostibus haud urgerent innocentes ita magna; ni in throno federet cum baculo fera bestia. Quid ovi balatus in caelum, Si subito incursum severi agitata luporum? Mellissus Doctor 2. de Consider. ad Eugen. cap. 7. num. 14. signat insignia stulti pastoris in dignitate, habere tantum insignia. Absit. Non tu de illis es, qui dignitates virtutes putant. Simia in lecto, rex fatuus in folio sedens. Monstrofa res (inquit) gradus summus & animus infimus (tradiderunt, vel introivit in potentiam, quoniam non cognovit literaturam?) sedes prima & vita ima: lingua vaniloqua, & manus otiosa: sermo nullus, & fructus nullus: vultus gravis, & aëus levis: ingenus auctoritas, & nutans stabilitas; & rava vox, Nihil mihi confectus sum. Aptè, & fidenter vel furenter. Non sentiunt cuspidem & aciem sicæ, callo obdurato conscientiae, erroribus glomerantes errores, quippe dignitates arbitrantur virtutes.

Qua insignia stulti in dignitate Alapid.

Lyr.

Sancti.

Et signa.

Et arte.

Sil. Ital.

Bernard.

Dignitatem putat virtutem.

Qua.

Quare cum ad summa summi assumantur, & summos sese somniant, quoniam ad summa assumuntur; habentes in manibus insignia baculi, obijciuntur pastores stultissimi: igitur sedens in folio, gaudens scetro, insignium duntaxat pastoris nota, minimè pastor, sed pastoris simia. Legislator N. ne Abbas instrumentis stulti pastoris præcipitur, ita quo sup. cap. 64. sapientissimè hortatur. *Non sit turbulentus & anxius: non sit nimius & obstinatus: non zelotypus & nimis suspiciosus: in ipsis imperijs suis sit providus, & consideratus, sive secundum Deum, sive secundum seculum.* Cur non dicit, Ne sit stultus? Stultum eligi posse in Abbatem, non potuit venire in mentem. Obijcit signa morionis, gazas stoliditatis: quandoquidem necessarium esse stuleum, præsidem turbulentum, anxium, obstinatum, nimium, invidium & suspiciosum, compingentem ad parietem, ac in circuitu ambulans, absque ullo sensu, quippe abundat in proprio, proterens Dei in munere mandatum; modo imperium evadat secundum seculum. Præcaveat sollicitudinem cap. anteced. *Non conturbet gregem sibi commissum: nec quasi libera utens potestas, iniuste disponat aliquid.* Ubi Bugnot: *Iure suo tamen hic caveat Prælati abuti, Ne quicquam iniuste cum ratione gerat.*

Vasa pastoris sunt insignia muneris, & imperia iuxta tenorem legum: vasa pastoris stulti, habere insignia cum infusionibus ad lubitum: quod potest, videtur posse. Haud mentem domat respectus honesti. Suader licentia luxum, impellit malicia genium, adespota potestate, & iure in velle: equidem stultè cogitat posse omnia, quippe quam portat potestatis insignia: & modò fulgeat, & portet; quid ad illum quòd delirij vel totum gregem conturbet? Cuncta insignia pastoris sunt, sed pastoris stulti, capti mente, vanitate, & ambitione: etenim ni stultesceret infulus, & intumesceret folijs; ex conturbatione ovium, haudquaquam sibi ex industria captaret emolumentum. Hæc est stulti speciositas: Nemesis etiam apparebit potestas: *Quia adventum desperaverit, quia mandatis non obtemperaverit, quia presentibus studuerit, quia vitæ Gentium vixerit, quia desperatione iudicij commissam sibi familiam fame, siti, cade vexaverit.* Ita Hilarius in *Matth.* cap. 26.

Hucque ex DD. placitis, quid scrutentur ex contextus gnomis. *Vasa di-*

S. Benedict.

Infensatus, supidus, ambitiosus, fordidus & avarus.

Idem.

Bugnot.

Hilari.

gnitatis flammula, & flamina) pastoris stulti videnda. An stulticia specimen, — Per amici fallere nomen, — Cui falsus amicus, Rumorumque avidus, qui talia putat: Alia eminent exercitia. Ut clareant filamina pastoris stulti, Hæc dicit Dominus: *Pascite pecora occisionis.* En summa Superioris stulticia, ex qua etiam summa Religionis corruptela. Pecora occisionis lupi sunt, pecora pacenda oves; ostenditurque Præfidis stulticia, & obessa Minerva; ubi in saltum ludicrum ostentationis, cibum, qui ovium, elargitur lupis. Pastor bonus, dum munus subit, non lupos sed oves paciscit. Pastor stultus lporum habet gregem, in sui atque gregis perniciem: equidem fungendo amittit officium, quippe nunquam auditus pastor lporum. Oves etiam sunt, quæ nullis artibus reduci possunt in gregem, legem, pastorem; quarum anima in mortem iugulam offert, quia voluntariè errat adinstar ovis, quæ perit. Oves etiam sunt, vel moribus oves, ornamenta & speciositas gregis, quæ ob institutum, sanctumque timorem, pastoris vel stulti nutus nec prætereunt latum unguem additæ (ut ait Sanct. Benedictus, quo dudum cap. 7. & ovili & legi, quasi naturaliter ex consuetudine: vecordiaque pastoris designatur, ubi à pastu pingue gregis remouetur; quoniam signum stupidissimæ mentis, bonos ac iustos tractare sicut oves occisionis. Lupi mordere possunt, oves duntaxat balare queunt. Dolor acerbus, si impeditur vel balatus, exurgente denudò iniuriâ ex ovium tanta patientia: patetque pastor stolidus, arcens oves, fovens lupos; igitur stultissimi, eorum non removere consortium, à quibus morsu potest accipere damnum. Lupi mutant pilos, sed non mores. Non pastu curandis, nati favitiz. Vulneribus fugiunt, telis enervantur: & harum pecudum pastus, pastor dicitur quam stultus; quippe excors albis visceribus iucundissime pascit, quos lupos moribus illic occidere debet. *Cælum sursum & terra deorsum:* phrasis crebra in sacra pagina; ut ex ordine, pastoris demonstrat stulticia: equidem modò transeat, flocci ducit, quòd cælum cadat, vel quòd terra surgat. Terra cælo misceatur, cælum deorsum, terra sursum, in excelsum infra, profundum inferni supra, caput cauda, & cætera monstra, quid crepitent insignia, volitentque filamina? Ridentur uti stultus: quid si infultus? Signa lucent miræ stupiditatis: cuius moment,

Ovid. Claudian.

Zachar. 11. 4.

Sine discretionibus.

Dignos abijciens.

S. Benedict.

Lupos fovens.

Ad. 1. 19.

Cuncta inverit.

si habet vasa pastoris? Cuncta, quantumvis inverfa & commota, transeant, modò miratum transire permittant. Equivoco vernaculo iucundè: *A passar tira, y por todo passa, como le dexten passar.*

17 Desinit ubi supra Ieremias: *Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus.* Singula perscrutanda. *Sine pedibus.* Appositè: sine infulus per se non possunt subsistere: unde signum, per se non habentes subsistentiam, nullam habere substantiam. Vernaculè: *Sin la sustancia de la dignidad, ni subsisten, ni pueden tenerse en pie.* Quid ergo? *Sicut in cucumerario formido:* Hispanicè: *Esphantajo.* Insignes sanè dotes, ut portentur in humeris! Iuxta merita conferenda sunt officia. Formido in cucumerario? Responder officium merito: dignus profectò Prælati cucurbitis & peponibus. Huiusmodi terriculamentum, seu hominis persona, solet esse figurata obesso & rotundo capite, facie rusticâ specie, vultus horrore, cultu risibili, quoniam pictus, multicolor, vericolor, discolor quoque, ornatus ex fordidis pittacijs, scrutatis centonibus: & dum stant stantes pastores stolidi crispulis infulus, conferuntur formidinibus in cucumerario positicis; quoniam in dignitate perampla, nihil aliud nisi rustica signa, laceris pennis, veteribus pannis obstita: unde detractis pannis, etiam tidentur à timentibus pueris. *Ostentantes ignobilitatem suam hominibus.* Non erant homines, figuram habentes: & ostentantes plumis pastoris gloriam, plus ostentant hominibus ignominiam; quippe cucumerario finito, detractò figuræ ornatu, qui portabantur in humeris adorantium, dantur pueris in ludibrium: igitur tunc videntur, quod erant, sicut coloribus homines: centoculis onusti & simul rutilis pannis. Dialecto nostrâ: *Se enbuecan en la dignidad mi vanos, unos pobres hombres cargados de trapos viejos.*

18 Ignobilitatem ostentant stulti, id est, illud ex quo facti. Non qui sint, quod ignominia, dum confertur potestas; sed qui fuerunt ante dignitatem, quod ignobilitas: igitur si à quo, vel materia ex qua exhibetur idolum, tantum invenimus lignum. *Cum sint lignea & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt:* equidem finito officio, sicut umbraculum in cucumerario. Unde igitur scientur falsa? Dicit Propheta: *Reliquerunt autem falsa, & opprobrium postea futuris.* Quodnam, inquam, opprobrium è stolidis simula-

chris, pastorum personis, ornatis filis, & parentibus demeritis? Magnum sanè. Sunt digni & indigni in qualibet hominum congregatione. Sunt egregie præclaræ dotes, exigentes ob merita dignitates: unde si vocales assumunt indignum, totius corporis mystici patet opprobrium; quippe si summum supremis, reliqua indicabunt eiusdem futuris. Quales namque erunt, qui citra electionem, ubi stultus elatus demonstratur specimen? Solet aliquando fortuna ludere in electione insipientis, quod opprobrium est futuris: igitur dum assumitur dignus in manus, quo functus bardus, stolidus; hominem insignem in dignitate minimè arbitrantur hominem, quoniam in cucumerario pridem viderunt formidinem. Falsa postleris reliquerunt, & opprobrium; verum non opprobrium falsum: equidem vel dignorum cadit condignâ estimatio, ex his quæ visa, ac experta in pravo pastore stulto.

Cur opprobrium præsentium & futurorum?

19 Videmus quomodò stupidus pastor fulget: ergo scrutemur quomodò sese gerit. Virga signatur potestas. Qui ille? *Assumpsit mihi duas virgas: unam vocavi Decorem, & alteram vocavi Funiculum.* Quorsum? *Et dixi: Non pascam vos: quod moritur moriatur, & quod succiditur succidatur.* Inauspicata potestas assumit sibi duas virgas; ut constet mentis, atque iustitiæ inæqualitas: *Una præbeatur omnibus secundum merita disciplina:* infit SS. Benedictus cap. 2. *Regul.* igitur perperam attendet pastor in merita, utendo duplici virgâ. Qui unicam habet, de eisdem rebus idem iudicium libera ratione prodit; quippe rationis non est iudicium, signare immaculatos, quos cognoscit reprobos; nec modò noxium, quem prædicaverat & merito iustum: unde iudicio invertò, & perverso duplicis virgæ, patet signum insipientiæ; quoniam stolidum demonstrant pastorem affirmatio & negatio eisdem de eodem simulque secundum idem. Hinc meditatè dicitur, non absolute, quòd summet; sed quòd sibi sumeret. Vel ab ipso cognoscitur insipientia, ubi insipientiæ necessaria duplex virga. Virga assumitur non in iudicium iuris, sed in sententiam affectus vel averfionis: sibi que duplicem sumit, dum pro libito se gerit; quippe habet virgam, præter placet: & habet virgam præter displicet. Vid. dicta *Tom. 2. T. 11. D. 4. num. 11.* Duplex virgæ genus, sicut est animus: igitur intentio nunquam prava, si virga mota movetur à virgâ; quoniam nec ullus motus videre-

Et iudicij mens capiti.

Baruch. 6. 25. Car in manu ambire

Verf. 69.

Descriptio stulti infultus

Eius gloria ignominia.

Verf. 50.

Verf. 47.

in tot ineptias & stultitias, ni moveretur per altissimas causas. Iccirco unam vocat Decorem in ornatum, aliam in ignominiam *Funiculum*; & ita stultus, quem superior furenter agitatus; ut presentem circumspiciens decorem, futurum non caveat funem. Funis strangulationi deservit, decot spectabilem fingit: duplicique virga & infulis pastor stultus apparet; quippequam sine fincipite gloriatur uti decori, per qua debet suspendi. Aliquando, ut grex pascatur, unica virga projicitur. Sic sine floret & grex: verum quid ille? Non pascam vos. At si pastor? Urget furor. Pastor est, at stolidus: duplicem habet virgam, minimè ut dirigat, sed ut oves battuat; igitur modò uti simia in tecto, & larva in cucumerario discoloribus ornatu; quod moritur, moriatur: quod succiditur, profectò succidatur. Vide phrasim expositionem, *Tautolog. 7. num. 17. & 32.*

Gloriatur de crimine.

Erasin.

20 Non tu desines virtutis fragula pudescere? Dicam cum Cynico apud Erasum, in *Diogen. Apoph.* num. 80. At vox clamans in deserto, & musica surdo: siquidem quò non facies, signa harere non possunt pudoris; quanvis tunc magis subditorum improperium, quippequam manus ex non pudore propudium. *Nolite fieri*

Psal. 31.9

sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: exclamat Regius Psalter: igitur cum iudicium commendat sedentem in throno; nullum iudicium erit sine intellectu: imò dignitatis æstimabilis præstanti fulgore opprobrium, inveniri sedentem equum, aut mulam. Non sunt in esse: & dicit, *Nolite fieri*: etenim grave in prudentiam, quò dignitatibus fiant. *Sicut*. Indecorum sanè in folio huiusmodi bestia, quin auxilium habeant subditi: equidem dum expectant in iudicium hominis voces, experiuntur miseri sternacis muli calces. Afina Balaam attrivit sedentis pedem: at ille fuisse rependit impatiens poenæ dolorem: nec afina id faceret, ni vibrantem gladium Superiorem vidisset: Balaamque non irascitur, eò quod opprimeretur; sed quod esse ita infaulta constituto, ut respectu superiore opprimeretur ab afino. Est ne aliquid patienti solati? *In campo & freno maxillas eorum constringe*. Sine freno & campo sunt furiosi, rabie perciti.

Sine intellectu.

Numer. 22. 25.

Unde audacia?

Psal. 37.9.

Mantuan.

Vix dura feroces Frena domant. Apponitque Psalmographus debacahantibus obicem, ut sine molestia nec possint movere pedem: equidem laboriosum in dignitatis fastigio, huiusmodi iumenta sine freno.

21 Nemesis Olim, seu Rhamnusia contra arrogantiam celebratur, ut ait Macrobius 1. *Satur.* cap. 22. Contra Fortunam, Vicent. Chartar. in *Fortun.* fol. 307. sed semper ornata freno, & culta cubito, id est mensura, sive ulna. Vide ibidem: unde in *Collected. Epigram. Græcor.* lib. 4. *Una manus cubitum ostentat, gerit altera frenum.* Illa modum serva: hac admonet, os cohibe.

Cur Nemesis cum freno pida?

Contineo Nemesis cubitum, qua causa, requiritur

Græc.

Præcipio cunctis rebus adesse modum. Sine modo insipienter arrogantes sese gerunt libertate muneris: & adest cum freno Nemesis; quippe modus coercitionis necessarius, si fuerint Prælati sicut equus & mulus. Illis videtur posse liberè agere, sicut fortuna eligenti, dum placuit ludere: & contra fortunam cum freno Nemesis colitur, dum phaleris equi insistant; ut per freni coercitionem, insolentem ac tantam reprimere libertatem: quandoquidem iustum, quod eis apponeret frenum, quos cæca fortuna exaltabat in fastigium. *Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.* Cursum habent, uti cursum fortunæ, præcipitem; ac tendentem ad bellum pugnatricem conditionem: igitur profiliunt in cuncta audacter, etsi totus irruat æther. Huiusmodi impetus bellicosus frangendi, supra sedentis moderatione: siquidem revertentur equi ad cursum, nec ullum habebant modum, ni habuerint frenum. Cursum muli & equi indomiti semper devius: apponitur gressibus cum retinaculis modus: modus tenor legis est: citra vel ultra progredi, non fas: frenumque iungitur mensuræ erga huiusmodi mulos, præside Nemesis; ne revertantur ad cursum, si ignorant frenum: equidem vel cum freno, furioso impetu legum mensuram prætereunt, ac refractarii etiam habenas diripiunt. Fortiter utendum lotis, cum hisce bestiis. *Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent.* Solis equi: solitaque iugum gravitate carebat.

Prælati est freni, in tolerabilis.

Ierem. 8. 6.

Sine modo, sine mensura.

Ovid.

Freno coercendi.

Fortiter ergo, quippe adhuc cum freno tumidi, vel si leviusculè relaxantur habent. Mulus naturà contumax in frenum: equus est animal gloriæ cupidum: & quibus non intellectus, sunt in officiis sicut equus & mulus; quoniam vel calcitrando gradiuntur, vel arroganter procedunt, sonantibus crotalis, vel pendentibus ephippijs.

pijs. Confringendæ sunt maxilla, ut iumentorum compellantur audacia: etenim à subditis agrè fertur religionis servitium, si sine freno iumentum.

22 Christus Dominus pro nobis in exemplum affectus haccine contumelia, ut nos miseri cedentes sequamur eius vestigia. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes. Nunquam & nusquam, tot tantisque miraculis factis; directi plausus in Christum, sicut in die famigerato Palmarum. *Turbæ autem, quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.* Appositè encomia: igitur ostendit singulare miraculum. Ergo exploremus articulum. Ut ingrederetur in civitatem, directi plausus asinum alligatum & pullum cum ea. Ita tractanda animalia, cum nihil aliud magis sibi letitiæ, quam posse solvi. Vulgò & vivide: *El poder desatarse*: igitur semper nocua, ni sint ligata. Sic ingressus in urbem, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & sedens super asinam, & pullum filium subingalis*: id est, filium asine: ut dicit Zacharias, 9. 9.

Matth. 21. 9

Verf. 2.

Verf. 5.

Dirigi ab folido, quanta sapientia humilitate!

Rationis erudiamen.

Quorsum uterque? Non sufficit unus? In vecturam, nequaquam in humilitatis formam: igitur specimen insignis humilitatis, quò dignaretur duci etiam à duobus iumentis. Sine stramine fuisse, patet ex textu: alibi diximus, fuisse etiam sine capistro. Vide *Tom. 1. Tautolog. 2. D. 5. num. 3.* Asinum capistro ducit, qui superior sedet: sine capistro dirigitur, sed non dirigit. Hoc non est duci, sed trahi; quod specimen patientiæ; triumphusque dirigitur in humilis ducti plausum, exhibentis voluntariæ abiectionis exemplum; equidem rusticam humilitatis insigne, quò duceretur, quà ducebant asini.

23 Ulterius. Mansuetus dicitur, dum ita Rex N. graditur. Quilibet sicine vel mitis itaceretur, quippe non vehebatur quò tendebat prudentia, sed quò volebat animalium vecordia: Christique tunc mansuetudo prædicatur, dum ita trahitur, vel ita ducitur; ut quiescat ira nostra, eius inspecta patientiæ: quandoquidem pungit inflationem animi, tacti veneno superbia; quò sic federet mansuetus, etiam ab asino ductus. Rex erit, cuncta noverat, & etiam exaltandus super cuncta; sed præluere cupiebat, à Patre iniuncta obedientia, qua gloria resonabat in excelsis, ex musica mansuetudinis: igitur necque visum si-

gnum verbi, cum videretur ab asino duci. Silet, ut corde tacito, in illo ex rusticitate nulla videatur commotio, etsi ratio pungatur, ac prudentia inguletur, tot opprobrijs percipis, & ab asinis: materque & pullus exhibentur in triumpho: ut constet rationis mortificatio: equidem altum vulnus in animo rationalis duci à duobus iumentis, & solutus.

24 Denique. Maior captatur gloria, ex ampliore rationis ignominia; plausumque excellentiorem meretur, qui difficiliori adoritur. Christus erat ratio Patris, uti Verbum ingenitæ mentis; patetque omnino mirabile, sicine rationem duci. Si haberent iumenta frena, duceret fessor ad iter rectum per lora: non habens capistrum, indomabile iumentum, igitur fessorem invite feret, quò & quæ bestialitati liberetur: Christoque cantur triumphus, dum ita tractus; ut qui refugiant tanquam turpem ignominiam, prospèctent è celo gloriam: quandoquidem in sapiente nullum diu tormentum pressæ rationis, quam trahi & pertrahi à duobus stolidis, & effrenis. Nostrates: *Et intolerabile à la discrecion de un Sabio dos yumentos, y sin freno.* Vide quæ Diximus *Tom. 1. Tautolog. 4. D. 1. n. 8.* Quid faciendum? Tolerandum; equidem nec cuspis acuta modestiæ *Percussit pectora Bruti.*

Prudentia aculeum.

Lucani.

DIDASCALIA VI.

In patriam turpis affectio, plurimorum condemnatio.

1 E Cho sanè condemnationis, vox Nationis. An monitio? *Turbida congestis referetur vocibus Echo.* Eò enim affectio periculosa, quò lethali ter dulcior: igitur ut pillula deaurata, prius devorata, quam cognita: uti aspidis ictus insanabilis in mortem, cuius punctio ignoratur propter veneni dulcedinem. Filij hominum, quia terrigenæ, usquequò gravi corde? Est ne aliquid magnum, quod arbitramini summum? Destructio prorsus atque exterminium Religionis, sub velamine fucoso ambitæ, simulatæ pietatis. Dicere audeat quisque, dulci patriæ tactus amore: *Sum pius Aneas, raptos qui ex bovis Penates Classe vebo mecum, fama super aethera notus.* *Italiam quæro patriam.*

Mantuan.

Eius dulcedo letitiam amaritud.

Virg.

Zz 2

Pa 2